

REUTLINGENSE.

13

*Et purum verbi defendat ubique tenorem.  
Hoc Reütinga facit, nec se fecisse pigebit  
Haec tenus: in primis diuini lumine Verbi  
Splendida, Sueuorum veterum celeberrima genti  
Imperialis humus, docte vicina Tubingæ:  
Pacificæ, & sincera fide, pietate decora,  
Et simplex, populosas at satis, nec gente, superbâ.  
Vitus in hoc templo docuit clarissimus Herman  
Nuper & hinc migrans cœlestia regna petiuit,  
Cuius adhuc nomen manet, aeternumq; manebit.  
Nam post se doctos tres liquit in urbe ministros  
Ingenuos gnatos, socij pia pignora lecti.  
Scilicet Eusebi te claro nomine dictum,  
Monte sub Achalmo, qua non procul urbe superbit  
Eninga: hic se se pastorem munere fidum  
Exhibit, & tentat magnum & quiparare parentem.  
Perge ita: sis semper felix Eusebius Herman.  
Filius alter adest nobis Ezechiel huius  
Frater, amicitia longo & mihi cognitus usq;  
Qui Gomericensem iam longo tempore pagum  
In verbo pascit Christi pia semina spargens  
Nunc Wanuileni pastor bene presidet agro.  
Perge ita: nam se se qui paruo munere fidum  
Exhibit, huic olim credent maiora penates.  
Tertius est frater patrio cognomine Vitus  
Hermannus, magni sequitur vestigia patris  
In pietate pari: sincero pectore clarus  
Qui docet egregie populum cœlestia dona  
Et Reütingensem patris virtutibus urbem  
Condecorat, celebrem reddit, feliciter ornat.  
Hermano quondam fuit acceptissimus usq;  
Atque ministerio Daniel cognomine pictor*

Vitus Hermannus concionator Reütingensiū obiit An. 1583.

M. Eusebius Herman pastor in Eninga prop̄ Reütingam.

Ezechiel Herman Diaconus Gomericensis.

Vitus Hermannus, tertius Hermanni filius obiit 8. Septemb. An. 1597.

Daniel Pictor Reütingensiū

In